

II. Certum igitur est primo generaliter, si orbiculus Phæn. I.
lignus aut lignum aliud quomodocunque figuratum cujus
spiffitudo amplitudinem fitulæ non expleat, in fundo fitulæ

HR I, mediante bacillo quodam aut
aliâ ratione violenter detineatur, do-
nec fitula tota superinfusis aquis ple-
na fuerit; tum lignum dictum sibi re-
lictum, nec amplius violenter deten-
tum, à fundo fitulæ ad aquæ summi-
tatem usque attolli neque quiescere
priùs quàm hanc attigerit, quanta-
cunque etiam aquarum altitudo fue-
rit. Neque verò quidquam variat ef-
fectus hic, si maximè orbiculus ligne-
us K L M quamproximè adæquet fi-
tulæ fundum & amplitudinem, ita
quidē, ut ejus diameter K M sit parti-
um 61, qualium diameter vasis habet
62; scilicet etiam in hoc casu orbicu-
lus, non obstante grandi aquæ cylin-
dro, qui desuper ipsi incumbit, ad a-
quæ summitatem enititur, ascenden-
di libertatem nactus: Et hoc utrumque contingit salvo & in-
tegro vasis fundo.



Fig. LXXXVIII

Phæn. II.

III. Quod si verò aperiatur fundus & fiat foramen,
inquit *Vossius* de Motu marium p. 44. concinente *Moro* p.
363. & alibi passim Tom. I. Philos. utique jam non ascendet,
sed premetur à cylindro aquæ superincumbente. Sed hoc
assertum ita simpliciter ruditerque prolatum experientiæ
contrariari non semel deprehendimus. Cùm enim fitulam
adhibuissimus è cupro cylindricam, cujus diameter adæqua-
bat tres pollices Rhinland. & 4. lineas, orbiculum verò ligne-
um diametro sua duos pollices minùs duabus lineis adæ-
quantem, & foramen in fundo fitulæ fecissemus magnitudi-
ne

Phæn. III.